

## Aduertencias para

¶ Pari etiam modo cum Rex Castellę pro  
uissum habeat, vt sine Diœcesani licentia so-  
lum Proregis facta copia possint Religiosi  
habitare in populis et cęnobia constituere.  
Sequitur licite id posse fieri sine consensu E-  
piscoporum imo et ipsis contradicentibus.  
Non obstante q̄ in iure sint aliqua capitula  
quę disponant debere fieri cum cōsensu Epis-  
coporum. Quia cum Paulus. 4. literas omnes  
et indulta, et fauores concessos per Imperato-  
res, et Reges confirmat, et ibidem sit scriptū,  
vt sine licentia Diœcesani possit fieri: non est  
necessaria eorum facultas, etiam perinde  
est sicut si à Papa emanassent tales literę.

¶ Item, quia per patentē Schedulā Imperato-  
ris qui Noui Orbis patronus est, Episcopis,  
et aliis Prelatis insinuat ne nouum aliquid  
fiat, sed consuetudo quę præualuit hucusquē  
seruetur, ne in loco vbi habitant continue Re-  
ligiosi, neq; in oppidulis subiectis ponantur  
Curati seculares, et suo regali consilio præce-  
pit sic obseruari, sequitur, q̄ Episcopi non de-  
bent ponere, ne lequatur turbatio, et pusillo-  
rum scandalum si ponantur: nam obid tollit  
libera administratio Sacramentorum ipsis Re-  
ligiosis, quam habent per sua privilegia, et ca-  
lis sic